Beyträge
zur
Botanik

Erster Theil

Von

Albrecht Wilhelm Roth
der Arzneygelahrheit Doktor, Landphysikus im Herzogthum Bremen und Ehrenmitglied der deutschen Gesellschaft in Bremen.

Bremen
bey Georg Ludewig Förster, 1782.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Vorbericht.

Bey den unermeßlichen Reichthümern des Pflanzenreiches fällt es, ohnerachtet des hohen Grades der Vollkommenheit, zu welchem die Botanik jetzt gestiegen ist, doch so schwer nicht, verschiedene Beobachtungen zur Erweiterung derselben zu machen. Meine Leser erhalten hier den ersten Theil meiner Beyträge zur Botanik, welcher größtentheils Beobachtungen an

verschiedenen Pflanzen, zum Theil aber auch Abhandlungen zum Nutzen dieser angenehmen und dabey sehr nützlichen Wissenschaft, enthält.

Ich bin jetzt noch nicht im Stande, meinen Lesern eine genaue Nachricht von der Einrichtung und Größe dieses angefangenen Werkes zu liefern, indem dieses theils von meinen Amtsgeschäften, theils auch von dem Beyfall oder Tadel abhängen wird, den dieser erste Theil von den Mehresten erhält. Meine Hauptabsicht wird bey diesem Werke seyn, theils eigene, theils auch anderer botanische Beobachtungen und Abhandlungen mitzutheilen, und in diesem Betracht werde ich die Beobachtungen und Abhandlungen auswärtiger Freunde, mit dem verbindlichsten Danke annehmen.

Es fehlte mir leider in der hiesigen Gegend ein guter Zeichenmeister, um Kupferstiche von verschiedenen merkwürdigen und neuen Pflanzen besorgen zu lassen, deren ich einige im Herzogthum Oldenburg entdeckte, z. B. einige neue Arten von dem Geschlechte Potamogeton. Ebenfalls hätte ich auch gewünscht zu diesem Theile bey der Abhandlung von der Reizbarkeit der Blätter des Sonnenthaues (*Drosera*) einen Kupferstich von den zusammengeschlagenen Blättern mit ihren gekrümmten Haaren, welche ein Insekt gefangen halten, und in der ersten Fortsetzung des Verzeichnisses verschiedener im Herzogthum Oldenburg wildwachsender Pflanzen No. 7. von dem Orobo tenuifolio, liefern zu können. Vielleicht habe ich aber in der Folge gute Gelegenheit, sie meinen Lesern mittheilen zu können.

Ich wünsche, daß diese angefangene Arbeit, welche mein Lieblingsfach zum Gegenstande hat, und die ich wegen wichtiger Geschäfte nur in Nebenstunden treiben kann, der Erwartung meiner Leser einigermaßen ein Genüge leiste.

Vegesak
im Herzogthum Bremen,
den 22. Aug. 1781.

Dr. A. W. Roth.

Inhalt.

I.

Verzeichniß verschiedener Pflanzen, welche im Herzogthum Oldenburg wild wachsen. Seite 1

II.

Obseruationes quaedam Plantarum. 40

III.

Von dem Unterschiede der Spielarten von wahren Pflanzenarten. 45

IV.

Von der Reizbarkeit der Blätter des so genannten Sonnenthaues (Drosera rotundifolia, longifolia). 60

V.

Erste Fortsetzung des Verzeichnisses verschiedener im Herzogthum Oldenburg wildwachsender Pflanzen. 76

VI.

Auszug eines Schreibens des Herrn Stiftsamtmanns Georg Christian Oeders, betreffend einen Vorschlag zu einer Flora Germanica. 93

VII. Zwoote

VII.

Zwoote Fortsetzung des Verzeichnisses verschiedener im Herzogthum Oldenburg wildwachsender Pflanzen. 103

VIII.

Abhandlung von der Einrichtung einer Pflanzensammlung (Herbarium viuum). 110

IX.

Beschreibung einiger neuer Pflanzen, die im linneischen System noch nicht befindlich sind. 120

X.

Obseruationes quaedam Plantarum. 127

I. Ver-

I.

Verzeichniß verschiedener Pflanzen, welche im Herzogthum Oldenburg wild wachsen.

Ich werde hier kein vollständiges Verzeichniß aller der Pflanzen liefern, welche im Herzogthum Oldenburg wild gefunden werden, sondern nur diejenigen anzeigen, welche man in andern Gegenden eben nicht häufig findet, und die übrigen Pflanzen, welche fast in einer jeden Gegend Deutschlands gemein sind, übergehen.

1) SALICORNIA HERBACEA patula, articulis apice compressis, emarginato - bifidis. Linn. Syst. Veget. pag. 50. Oed. Flor. Dan. 203.

In nostris regionibus maritimis variat articulis apice non crassioribus et fere cylindricis vt pro *caspica* haec planta haberi posset, nisi esset herbacea.

Habitat in maritimis prope *Ekwarden* et alibi.

2) CALLITRICHE AVTVMNALIS foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. Linn. S. V. pag. 51.

Floribus gaudet *monoicis*, inferioribus scilicet femineis, superioribus masculis, quod etiam *Hallerus* iam obseruauit. *Flores* sessiles. *Fructus* autem pedunculati. *Folia* opposita, basi connata, obtusa, apice bifida. *Caules* filiformes, repentes s. in aqua fluitantes.

OBSERVATIO. Plantae in humidis et inundatis locis habitantes, *Callitrichae vernae* fere similes, sed *folia* apice bifida sunt, quod signum characteristicum est huius speciei.

Habitat vbique in aquis lente fluentibus et locis inundatis.

3) VERONICA MARITIMA spicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter serratis. Linn. S. V. p. 56. Oed. Dan. 374.

Simillima est *Veron. longifoliae*, sed differt praecipue fructificationis partibus duplo minoribus; *laciniis calycis duabus* breuioribus, latioribus, bifidis, vt sexfidus primo intuitu appareat *Calyx*; *Foliis* subcordatis, nec in petiolum decurrentibus vt in *Veron. longifolia*. Variat foliis binis oppositis, ternis et quaternis.

Habitat copiosissime an den Ufern der Zunte bey Dötlingen.

4) PINGVICVLA VVLGARIS nectario cylindrico longitudine petali. Linn. S. V. p. 61. Oed. Dan. 93.

CALYX

CALYX monophyllus, nutans, ſubcentricoſus, bilabiatus: *Labium ſuperius* tripartitum; *laciniis* erectis, concauis: *Labium inferius* bifidum (interdum, ſed raro trifidum, *lacinia intermedia* maxima, lateralibus breuiſſimis) obtuſiuſculum, concauum, reclinatum (non reflexum) nectarium fulciens. COROLLA. *Labium ſuperius* bifidum, patens, duplo breuius et obtuſius inferiori: *Labium inferius* trifidum concauum; *laciniis* baſi ſuperne albidis et barbatis. *Faux* inflata, compreſſa, inferne a labio inferiori Corollae vſque ad Nectarium admodum barbata. *Tubus* ſuperne in medio faucis (lege peruerſa naturae) intra cornu nectariferum et labium ſuperius, breviſſimus, calyce latitans. *Nectarium* cylindraceum, longitudine fere corollae, ad apicem paululum incuruatum. *Filamenta* 2, inferne ad labium inferius calycis thalamo inſerta (id, quod in ringentibus rariſſimum) baſi curua, ſtigmati adproximata, longitudine fere germinis cum ſtylo. *Antherae* rotundae, ſulphureae, ſub labio inferiore ſtigmatis latitantes. PISTILLVM. *Germen* pilis capitatis, pellucidis adſperſum. *Stylus* breuiſſimus, craſſiuſculus. *Stigma* caeruleſcens, bilabiatum: *Labium ſuperius* anguſtiſſimum, erectum, ſemibifidum, labium ſuperius calycis et corollae reſpiciens: *Labium inferius* maius, latum, planum, reflexum, antheras tegens, labio inferiori Calycis et Corollae reſpondens. *Capſula* apice bifida.

Tota planta pilis capitatis, pellucidis adſperſa. *Folia* carnoſa, ouata, obtuſa, margine reflexa, ſubtus glabra, ex viridi glauceſcentia. *Scapus* vniflorus, teres, inferne craſſus, ſuperne attenuatus, purpuraſcens.

OBSERVATIO. Quaenam fuit cauſa, cur *b. Linneus Labium* latum, magnum *Stigmatis*, pro *ſuperiori* aſſumat, cum tamen *Labio inferiori* Calycis et Corollae reſpondeat et *Labium* anguſtiſſimum *Stigmatis*, pro *inferiori*, cum *Labium ſuperius* Calycis et Corollae reſpiciat?

Habitat in locis turfoſis humidis.

5) VTRICVLARIA MINOR nectario carinato Linn. S. V. p. 61. Oed. Flor. Dan. 128.

Differt ab *Vtricularia vulgari* partibus omnibus multo minoribus, *Cornu nectarifero* breuiſſimo et quaſi obſoleto, carinato.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim.

6) SCHOENVS ALBVS culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. Linn. S. V. p. 82. Oed. Flor. Dan. 320.

Habitat in locis humidis turfoſis.

7) CYPERVS FLAVESCENS culmo triquetro nudo, vmbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. Linn. S. V. p. 83.

Habitat in locis humidis cum praecedente.

8) SCIRPVS MARITIMVS culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis, intermedia ſubulata. Linn. S. V. p. 86.

Spicu-

Spicularum squamae fuscae, paleaceae, ciliatae, trifidae: *lacinia intermedia* maxima, ariſtata, piloſa. *Folia* triquetra, margine dorſoque aculeata. *Spicae* centrales ſeſſiles, marginales breviter pedunculatae.

OBSERVATIO. Variat in noſtris regionibus vmbella ſimplici conglobata et compoſita, quae radiis gaudet longis, ſpiculas 3, 4, 5, conglobatas gerentibus, baſi inuolucratis, diſci autem vmbellulis ſubſeſſilibus. Omnes autem hae Varietates conueniunt ſpicularum ſquamis trifidis, intermedia ſubulata.

Habitat an den Ufern der Weser und an den Gräben bey Elsfleth.

9) SCIRPVS TRIQVETER? culmo triquetro nudo, ſpicis ſubſeſſilibus pedunculatiſque mucronem aequantibus. Linn. S. V. p. 85.

Iuncus acutus maritimus caule triangulo. Bauh. prodr. 22.

Spicularum ſquamae ouatae, acuminatae, concauae, ſuperne ſphacelatae, margine membranaceae, pellucidae, *coſta* viridi, lineari, in acumen abeunte, notatae. *Culmus* pedalis ſ. bipedalis, nudus, glaber, poroſus, iſthmis quaſi interceptus, triangularis, ſtriatus: *angulis* argutis, integris, ſupra paniculam in mucronem triangularem, canaliculatum, baſi paniculam vaginantem, acutum, rectum, digiti minimi longitudinem raro ſuperantem productus (ita vt panicula videatur lateralis). *Panicula* ſimplex, con-

glomerata, fusca, spicis ouatis, imbricatis, sessilibus raro pedunculatis composita.

OBSERVATIO. *Bauhini* Icon et descriptio a *Linneo* sub *scirpo mucronato* allegatae, optime cum nostra planta quadrant ita, vt nullus dubitem, nostram plantam illam esse Bauhini (prodr. 22. sub nomine *Iuncus acutus maritimus* etc.). Pro *scirpo mucronato* nostra planta haberi nequit, quia *culmus* triqueter quidem, sed non tricarinatus et *mucro* rectus, non ad latus reflexus, cui etiam non respondet *Bauhini* icon prodr. 22. a *Linneo* sub hac planta allegata. *Mucro* panicula multo longior, hinc dubius haereo, vtrum nostrae plantae *scirpi triquetri* nomen iure imponendum sit.

Habitat in der Weser bey Elsfleth.

10) PHALARIS ORYZOIDES panicula effusa, glumarum carinis ciliatis. Linn. Syst. Veget. pag. 89. Schreb. gram. 6. t. 12. Iacq. vind. 206.

Habitat auf den sandigten Ufern der Hunte bey Dötlingen.

11) POA MARITIMA panicula subspicata, spiculis secundis coarctatis, foliis conuolutis. Hudf. angl. 35. Oed. Flor. Dan. 251. (icon optima) Confer. Scheuchz. agrost. 272.

Gramen paniculatum maritimum vulgatissimum Rai. Syn. III. 409.

CALYX *Gluma* 2-3-4-raro 5-flora, inaequalis mutica, flores in spiculam ouato-oblongam, disticham colligens. *Valuulae* concauae,

vagi-

vaginantes, ouatae, acuminatae, ſtriatae, margine membranaceae inaequales, vnica ſcilicet duplo maiore altera. COROLLA inaequalis, biualuis. *Valuulae* ouatae, acuminatae, compreſſae, calyce paululum longiores: *exteriore* duplo latiore interiore illamque cum ſtaminibus et piſtillo vaginante, concaua, glabra, ſtriata, ſuperne caerulea, margine membranaceo; *interiore* planiuſcula, membranacea, hirſuta, admodum ciliata, ſuperne caerulea, margine fuſco, ſubinflexo. ANTHERAE magnae, bifurcatae. PERICARPIVM *Corolla* conniuens nec dehiſcens cum ſemine decidua. *Semen* 1. oblongum, ſubcompreſſum, vtrinque acuminatum.

Planta plerumque pedalis, virideſcens cum panicula caerulea laetiſſimum adſpectum praebet. *Radix* ſubbulboſa, fibroſa, ſtolones repentes non radicantes emittens. *Culmus* demum adſcendens, folioſus, geniculatus, nodoſus, fiſtuloſus, teres, glaber, nitidus. *Folia* alterna, conuoluta et quaſi cylindrica, ſubulata, ſtriata, glabra, vaginantia: *Vaginae* conuolutae, culmum includentes, folio plerumque longiores, ſtriatae, margine membranaceae, pellucidae, baſi caeruleſcentes. *Panicula* ſubſpicata, ſaepe etiam diuaricata, compoſita ſpiculis ſecundis, coarctatis, muticis.

OBSERVATIO. Hanc plantam in maritimis vulgatiſſimam, in Syſtemate Vegetabilium b. *Linneus* plane omiſit. Panicula huius plantae, dum floret, quodammodo conuenit cum *Feſtuca*

fluitante, hinc contendit Ill. LIGHTFOOT *Flora Scotica* Vol. I. pag. 98. hanc plantam meram esse varietatem *Festucae fluitantis* et differentiam dependere tantummodo ab aqua marina, cum quo autem nullo modo consentire possum, vix enim credibile est, aquam marinam tot tantasque differentias producere valere. Toto habitu et structura Planta haec differt a *Festuca fluitante* neque ad hoc genus referenda est, sed potius ad *Poam*.

Habitat vbique ad littora maris und an den Ufern der Weser bey Bleren.

12) ARVNDO ARENARIA calycibus vnifloris, foliis inuolutis mucronato-pungentibus. Linn. S. V. p. 106.

Panicula medii digiti longitudinem saepe superans, spicata, densa, subhirta, albida. *Folia* conuoluta, mucronata, albida. *Vaginae* culmum includentes, striatae, sulcatae. *Radices* longe per terram repentes.

Anmerkung. Es wäre zu wünschen, daß diese Pflanze häufig an solchen Orten gebauet würde, wo der Flugsand oft vielen Schaden anrichtet, indem sie den Sand durch ihre langen, kriechenden Wurzeln, in wenig Jahren zum Stillstand bringt, daß andere Pflanzen Wurzel fassen können.

Habitat in den Osenbergen et in aliis locis arenosis.

13) PLAN-

13) PLANTAGO MARITIMA foliis semicylindricis integerrimis, basi lanatis, scapo tereti. Linn. S. V. p. 132. Oed. Dan. 242.

Flores dense spicati. *Bractea* ad quemuis florem vnica, longitudine calycis, concaua, acutiuscula, margine membranacea. *Scapus* ante inflorescentiam superne incuruus, teres, pilosus, basi recuruus. *Folia* semicylindrica, nunc angustiora, nunc latiora, planiuscula, carnosa, integerrima, nuda, basi canaliculata, lanata. *Calyx* basi villis longis coronatus.

Habitat copiose in maritimis.

OBSERVATIO. In maritimis nostris Planta copiosissime obseruatur a *Plantagine maritima* diuersissima ita, vt certe non immerito propriam Plantaginis speciem efficiat, quam fautor atque amicus dilectissimus *Ill. Oeder* etiam in locis a mare remotis obseruauit et quae occurrit etiam ad *lacum salsum prope Rulsdorf in Mansfeldia* (vor der Schenke). Multo maior est *Plantagine maritima: Folia Plantag. Loeflingii* similia, lanceolata, spithamea, planiuscula, carnosa, nuda, obsolete tricostata, obtusiuscula, basi membranacea, lanata, canaliculata, hinc inde dentata: *dentibus* nunc longioribus, nunc breuioribus, carnosis, teretiusculis. *Scapus* teres, plerumque pedalis et nonnunquam altior, pilosus, adscendens, ante inflorescentiam superne incuruus. *Flores* dense spicati et maiores quam in *Plantagine maritima* et *coronopifolia*. *Spicae* medii digiti longitudinem nonnunquam superantes, cylindra-

ceae, glabrae. An *Plantago ſalſa* Pallaſii, aut *incuruata* Iuſſieui?

14) PLANTAGO CORONOPIFOLIA foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. Linn. S. V. p. 132. Oed. Dan. 272.

Bractea longitudine fere calycis, concaua, baſi alis membranaceis, pellucidis praedita, in apicem longum, ſubulatum terminata. *Folia* in ceſpitem diſpoſita, carnoſa, piloſa, alia linearia, dentata, alia pinnatifida, acuta, alia bipinnitifida, baſi rubella, canaliculata, membranacea, lanata.

Habitat in maritimis cum praecedente.

15) CENTVNCVLVS MINIMVS Linn. S. V. p. 133. Syſt. Plant. edit. Reich. Tom. I. p. 326. Oed. Flor. Dan. 177.

Planta minima, ramoſa, dichotoma. *Folia* alterna, inferne nonnunquam oppoſita, oualia, carnoſa, acuta, glabra, integra, margine pellucido ſubtus fuſco. *Flores* ex alis foliorum ſeſſiles, ſolitarii.

Habitat vbique in locis humidis.

16) CORNVS SVECICA herbacea, ramis binis. Linn. S. V. p. 134. Oed. Flor. Dan. 5.

Inuolucrum vniuerſale tetraphyllum, multiflorum; *foliolis* ouatis, obtuſiuſculis, venoſis, candidis, deciduis, oppoſitis duobus paulo minoribus caeteris duobus. *Perianthium proprium* monophyllum, minimum, ſuperum, quadrifidum, lacinulis ſubacuminatis, deciduum. *Petala* quatuor, oblonga, acuta, concaua, inuolucro multo minora. *Antherae* ſubrotundae, poſt pollinis dimiſ-

dimiſſionem triangulares. *Stylus* vix longitudine corollae, curuus. *Drupa* ſubrotunda, rubra. *Nux* ſubrotunda.

Caulis quadrangulus, glaber, nitidus, ad oppoſitiones foliorum nodoſus, herbaceus, rariſſime ramoſus, ſuperne dichotomus. *Folia* ſubpetiolata, oualia (inferiora rotundiora) ſuperne ſubpiloſa, integra, quinquecoſtata, oppoſita, ad apicem paululum incurua. Flores in vmbellam ſimplicem, inuolucratam, longe pedunculatam diſpoſiti, minimi. *Pedunculus* ſolitarius e dichotomia caulis, terminalis. *Fructus* cernuus. *Drupae* conglomeratae.

OBSERVATIO. Inuolucri foliola quatuor, Petala mentientia, efficiunt vt primo intuitu facile decipiatur obſeruator et florem compoſitum eſſe putet.

Habitat rariſſima haec Germaniae planta copioſiſſime in locis turfoſis, vmbroſis auf dem Ammerlande, vbi primo obſeruauit amicus cariſſ. *Trentepohl.*

17) ISNARDIA PALVSTRIS Linn. Syſt. Plant. edit. Reich. Tom. I. p. 340.

Simillima *Pepli portulae* ſed maior, ſub aqua repens et demum natans, licet fructificationis partibus diuerſiſſima ab illa.

Habitat in aquis lente fluentibus turfoſis paſſim.

18) ILEX AQVIFOLIVM foliis ouatis, acutis ſpinoſis. Linn. S. V. pag. 140. Oed. Dan. 508.

Plan-

Planta constanter *Polygama dioica.* *Corolla* in floribus hermaphroditis aeque ac masculis monopetala, quadripartita, tetrandra (nunquam in nostris regionibus pentapetala, pentandra) *laciniis* ouatis, obtusis, concauis, reclinatis. *Filamenta* Corollae ad lacinias imposita, inclinata. *Antherae* semibifidae, incumbentes. *Pedunculi* vniflori, superne incrassati. *Baccae* purpureae.

Habitat in nemorosis passim.

19) ASPERVGO PROCVMBENS calycibus fructus compressis. Linn. S. V. p. 159. Oed. Flor. Dan. 552.

Planta diffusa, scaberrima.

Habitat am Teiche bey Elsfleth an der Weser.

20) MENYANTHES NYMPHOIDES foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. Linn. S. V. p. 164. Oed. Flor. Dan. 339.

Calycis laciniae planiusculae, obtusae, margine submembranaceae, pellucidae, corolla duplo breuiores. *Tubus corollae* intus squamis quinque cum staminibus alternis, germen cingentibus, villosis coronatus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* superne glabris, inferne ad marginem barbatis, lanceolatis, vtrinque alatis; *Alae* ante efflorescentiam implicatae, laciniis latiores, tenuissime inciso-dentatae (neutiquam ciliatae). *Filamenta* quinque superne ad diuisuras laciniarum tubo corollae inserta et in illum decurrentia, breuia, crassa, apice incurua. *Antherae* obtusae.

Ger-

Germen ſuperum, angulosſum. *Stylus* corolla breuior. *Stigma* bipartitum: *lobis* ſubcordatis, obtuſis, margine coloratis, crenatis.

Flores longe pedunculati, flàui, congeſti in vmbella quaſi, a petiolis baſi latioribus inuolucrata. *Folia* cordato-orbiculata, ſuperne laete viridia, venoſa, ſubtus griſea, punctato-glandulosa, natantia, *petiolis* longis, teretibus. *Caules* teretes, longi, ramoſi, dichotomi.

OBSERVATIO I. Folia quoad figuram conueniunt cum foliis *Nympheae* vel *Hydrocharis Morſus Ranae*, ſed triplo vel quadruplo minora, quam in *Nymphea* et quadruplo maiora, quam in *Hydrochare Morſus Ranae*, ita, vt haec planta nec dum florens facile ab hiſce plantis diſtingui queat.

OBSERVATIO II. Ad baſin germinis quinque obſeruantur corpora nectarifera, viridia, glabra, nitida, craſſa, ſemilunaria, infra quamvis ſquamam villoſam tubi corollae vnicum, quorum autem b. *Linneus* neque in Generibus neque in Speciebus plantarum mentionem fecit. In *Menyanthe trifoliata* eandem figuram habent haec corpora nectarifera, ſed flaueſcentia ſunt, pilis rigidis, pellucidis obſeſſa.

OBSERVATIO III. Alae ad lacinias corollae tanquam appendices conſiderandae ſunt; ſtructura enim alarum a ſtructura laciniarum corollae diuerſiſſima eſt. Subſtantia alarum tenuior et directio fibrarum contraria eſt illi laciniarum.

OBSER-

OBSERVATIO IV. Vtrum laciniae corollae riti dici possint *ciliatae* ego determinare non audeo. Equidem credo, non dici posse ciliatas, cum secundum Philosophiam botanicam nihil ciliatum appellari queat, nisi quod margine *setis* parallelis, longitudinaliter digestis, obuallatum sit. Setae autem in margine alarum nullae obseruantur, sed alae laciniarum tenuissime tantum incisae sunt.

Habitat in aquis stagnantibus profundioribus **bey den drey Sielen zwischen Berne und dem Orth**, copiosissime autem in lacubus **bey dem Wehrthurm vor Bremen.**

21) LYSIMACHIA THYRSIFLORA racemis lateralibus pedunculatis. Linn. Syst. Veget. pag. 165. Oed. Flor. Dan. 517.

Flores minimi, lutei, in racemum dispositi. *Racemi* densi, axillares, breues, pedunculati, oppositi. *Folia* lanceolata, opposita, acuta, glabra, punctata, sessilia, *inferiora* semiamplexicaulia. *Caulis* erectus, simplicissimus, articulatus. *Radix* stolonifera.

Habitat **an den Gräben bey Oldenburg, Dötlingen, Nutzhorn.**

22) LYSIMACHIA NEMORVM foliis ouatis, acutis, floribus solitariis, caule procumbente. Linn. S. V. p. 165. Oed. Dan. 174.

Folia opposita, subpetiolata, trineruia, subcordata, integra, glabra, acuta, margine pellucido, albido, apice obtuso, sphacelato. *Pedunculi* axillares, longi, oppositi, filiformes, *flo-*

riferi recti, *fructiferi* reflexi vt in *Anagallide*. *Flores* lutei.

OBSERVATIO. Haec planta quoad structuram partium et habitum generi *Anagallidis* proxima est, et si Capsula gauderetur circumscissa, certe ad hoc genus amandanda esset.

23) CAMPANVLA HEDERACEA foliis cordatis quinquelobis petiolatis, glabris, caule laxo. Linn. S. V. 176. Oed. Dan. 330.

Habitat zu Neuenburg auf einem Zinswirthshause gehörigen Felde, vbi legit *Ill. Oeder*.

24) PHYTEVMA SPICATA spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. Linn. S. V. p. 177. Oed. Flor. Dan. 362.

Radix tuberosa. *Flores* violacei.

Habitat passim in nemorosis.

25) ILLECEBRVM VERTICILLATVM floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. Linn. Syst. Veget. pag. 206. Oed. Flor. Dan. 335. (qui pulcherrime florem seorsim delineari curauit.)

Caules procumbentes, teretes, purpurei, ramosi, sub verticillis nodosi, foliosi. *Folia* opposita, oualia, carnosa, integra, glabra, subsessilia. *Flores* rubentes, sessiles. *Verticilli* remoti, 5-6-flori. *Semina* vtrinque acuminata, nitidissima.

Habitat vbique in arena humida.

26) GLAVX MARITIMA Linn. Gen. Plant. edit. Reich. 481. Syst. Plant. Tom. I. pag. 585. Oed. Flor. Dan. 548.

Folia

Folia alterna, sessilia, porosa, margine pellucida. *Radices* articulatae.

Habitat in maritimis copiose.

27) CHENOPODIVM MARITIMVM foliis subulatis semicylindricis. Linn. Syst. Veget. pag. 216. Oed. Flor. Dan. 489.

Planta ramosa, prostrata. *Folia* carnosa, semicylindrica, superne plana, subtus conuexa, subulata.

Habitat in maritimis.

28) GENTIANA TETRAGONA corollis quadrifidis imberbibus, pedunculis tetragonis. Oed. Flor. Dan. 318.

Gentiana campestris Var. β. Linn. Syst. Veget. pag. 223.

Certe maximo cum iure haec planta ab *Ill. Oedero* seorsim delineata, pro specie a *Gentiana campestri* diuersa habenda est. Differt enim a *Gentiana campestri* et *Amarella* (quae admodum inter se conueniunt) corollis fauce imberbibus, quod certe in *Gentianis* pro signo distinctiuo specierum adhibendum est. *Planta* medii digiti altitudinem in nostris regionibus raro superans, ramosa. *Flores* semper quadrifidi, imberbes, pallide caerulei s. violacei, tetrandri.

Habitat im Dötlinger Holze, an der sogenannten Kuhweide.

29) GENTIANA FILIFORMIS corollis quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. Linn. Syst. Veget. pag. 223. Oed. Flor. Dan. 324.

Calyx

Calyx monophyllus, quadrangulus, quadrifidus, persistens. *Corollae Tubus* germini arcte adpressus. *Limbus* quadripartitus, patens, imberbis; *laciniis* concauis, obtusis. *Filamenta* quatuor, geniculata, limbo ad diuisuras inserta. *Germen* obsolete quadrangulum, magnum, glabrum. *Stylus* vnicus, cylindricus, germine breuior. *Stigma* simplex, orbiculatum.

Planta haec Germaniae rara, exigua, gracilis, digiti medii longitudinem raro superans. *Flores* terminales, solitarii, nudi, flaui, longe pedunculati. *Caulis* erectus, dichotomus, glaber, quadrangulus, filiformis. *Folia* lanceolata, acutiuscula, carnosa, minima: *radicalia* quatuor plerumque reflexa, quorum duo reliquis longiora et latiora; *caulina* opposita, connato-perfoliata. Inflorescentiae tempus ab hora X. matutina ad IV. pomeridianam.

Habitat copiosissime vbique in locis humidis, turfosis, vbi aquae hyemales stagnarunt.

30) TORDYLIVM NODOSVM vmbellis simplicibus sessilibus, seminibus exterioribus hispidis. Linn. S. V. p. 227.

Vmbellae sessiles, laterales. Caulis lineatus, scaber, ramosus, prostratus. *Folia* alterna, vaginantia, pilis rigidis pellucidis obsessa. *Fructus* longitudinaliter bipartibilis. *Semina* sessilia, *exteriora* aculeis rigidis vncinatis hispida; *interiora* tantum scabra, vti etiam semina disci.

OBSERVATIO I. In plantis cultis Vmbellae plerumque obseruantur non sessiles, sed *pe-*

dunculatae, glomeratae, flosculis et seminibus sessilibus.

OBSERVATIO II. In plantis vmbellatis signa characteristica Generum melius a *figura* et *structura seminum*, quam ab *Inuolucris* desumenda sunt; hunc in finem Ill. *Crantz* in Stirp. austr. Fasc. III. Tab. I. semina varia delineari curauit. Planta haec itaque ob semina exteriora hispida ad Genus *Caucalidis* referenda esset secundum Ill. *Scopoli* Carn. ed. 2. n. 313. Sed cum gaudeat *seminibus exterioribus* tantum *hispidis*, *interioribus* autem vt et *Disci* tantum *scabris*, semper quaedam difficultas obseruatori remanet. Nonne itaque haec planta et *Scandix infesta* (cuius semina eadem sunt vt in *Tordylio nodoso*) quoad semina proprium genus constituere mererentur, cum in *Caucalide* omnia semina hispida sint?

Habitat im Stedingerlande am Teiche, vornehmlich bey Warfleth, vbi amicus cariss. *Trentepohl* primo obseruauit.

31) ANGELICA ARCHANGELICA foliorum impari lobato. Linn. Syst. Veget. pag. 234. Oed. Flor. Dan. 206.

Inuolucrum vniuersale plerumque vnicum, concauum membranaceum, deciduum; *partiale* polyphyllum. *Vmbella* subglobosa, radiis subaequalibus. *Vmbellulae* globosae. *Petala* ex viridi flauescentia. *Semina* hinc plana, lineari sulco notata; inde conuexa, costis tribus eleuatis prae-

praedita, margine ala dura cincta. *Flores* omnes fertiles.

Planta vmbellatarum spectatissima, ad humani altitudinem accedens, erecta, ramosa; *Caulis* purpurascens, lineatus, nitidus, teres, nodosus, fistulosus segmentis semilunaribus interceptus. *Folia* glaberrima, maxima, 2, 3, 4, pedum longitudine et 1 - 2 pedum latitudine, decomposita et supradecomposita, petiolis versus basin vaginantibus. *Vaginae* basi in cylindrum quasi connatae, caulem obducentes et nodum efformantes, membranaceae. *Pinnulae* oppositae, lobo vnico laterali pinnula duplo breuiore plerumque praeditae, aequaliter serratae; *serraturis* acutis, apice ex albido sphacelatis. *Foliolum impar* trilobum, lobis lateralibus intermedio angustioribus, in quo differt praecipue haec species a ceteris huius generis.

Habitat auf den Wiesen und zwischen dem Schilf- oder Riedgrase außerhalb des Teiches an der Weser.

32) SISON INVNDATVM repens, vmbellis bifidis. Linn. Syst. Veget. pag. 205. Oed. Flor. Dan. 89.

Habitat copiosissime in aquis stagnantibus bey Dötlingen.

33) OENANTHE PIMPINELLOIDES foliolis radicalibus cuneatis, fissis, caulinis integris linearibus longissimis, simplicibus. Linn. Syst. Veget. p. 236.

Habitat copiose auf den Wiesen bey Blexen, an der Weser.

34) SCANDIX ANTHRISCVS seminibus ouatis hispidis, corollis vniformibus, caule laevi. Linn. Syst. Veget. pag. 237.

Vmbellae laterales, aliae sessiles, aliae pedunculatae. *Fructus* stylis 2 breuibus coronatus, ouato-oblongus, aculeis vncinatis, pellucidis obsessus, maturus niger.

OBSERVATIO. Ob semina omnia hispida, haec planta non ad genus *Scandicis*, sed potius ad genus *Caucalidis* referenda est.

Habitat vbique an den Teichen im Stedingerlande.

35) APIVM GRAVEOLENS foliis caulinis cuneiformibus. Linn. Syst. Veget. 241.

Habitat auf den Wiesen an der Weser bey Blexen.

36) CORRIGIOLA LITTORALIS Linn. Gen. Plant. edit. Reich. pag. 152. Oed. Flor. Dan. 334, qui nitidissime florem seorsim delineari curauit.

Flores laterales et terminales, conglomerati, albidi, pedunculati. *Bracteae* setaceae. *Caules* repentes, non radicantes, angulosi, glabri, ramosi, dichotomi, punctis purpureis hinc inde adspersi. *Folia* carnosa, integra, glabra, margine pellucida: radicalia longa, oboualia; *caulina* alterna, radicalibus triplo vel quadruplo breuiora, obtusa. *Stipulae* minimae, pellucidae, membranaceae.

Habi-

Habitat in arena humida vbique cum *Illecebro verticillato.*

37) STATICE LIMONIVM ſcapo paniculato, tereti, foliis laeuibus eneruiis ſubtus mucronatis. Linn. Syſt. Veget. pag. 248. Oed. Flor. Dan. 315.

Habitat in maritimis copioſiſſime.

38) ANTHERICVM OSSIFRAGVM foliis enſiformibus, filamentis lanatis. Linn. Syſt. Veget. pag. 273. Oed. Flor. Dan. 42.

Flores pedunculati, in racemum ſimplicem diſpoſiti. *Corolla* calycina, perſiſtens, *Petalis* coſta externe viridi, interne et margine flaua notatis. *Filamenta* villoſiſſima, Corolla breuiora, perſiſteutia. *Capſula* hexagona, ſexſulca, turbinato-acuminata, glabra. *Bracteae* ad quemvis florem plerumque duae, ſuperimpoſitae, margine membranaceae, pellucidae. *Folia* enſiformia, anguſta, lineata, acuminata, integra. *Scapus* aſcendens, ſubfolioſus. *Radix* foliis obſoletis membranacea.

Habitat in locis humidis turfoſis.

39) SCHEVCHZERIA PALVSTRIS Linn. Gen. Plant. ed. Reich. pag. 181. Oed. Flor. Dan. 76. Pollich. palat. n. 363.

Habitat rarius in locis humidis turfoſis (copioſiſſime autem in der Sager Heide am See.)

40) TRIGLOCHIN MARITIMVM capſulis ſexlocularibus ouatis. Linn. Syſt. Veget. pag. 286. Oed. Flor. Dan. 305.

Calyx nullus (nisi petala tria inferiora pro calyce sumas). *Petala* sex, decidua, carinata, inflexa, margine lato, membranaceo, pellucido, in duobus quasi ordinibus alternatim disposita, antheras tegentia et ante pollinis dimissionem pistillo apprimentia, *vnguibus* inflexis, antheriferis. *Stamina* sex, in duobus ordinibus alternatim disposita. *Filamenta* nulla (nisi vngues petalorum, inflexos, assurgentes, pro filamentis sumas). *Antherae* sex, semibifidae, vnguibus petalorum impositae. *Stigmata* sex, sessilia, setis crassis, obtusis, pellucidis, praedita.

Folia carnosa, semicylindrica, subulata, scapo tenuiora, basi membranacea, vaginantia. *Scapus* semicylindricus, nudus, superne angulosus, sulcatus. *Flores* in spicam laxam dispositi.

OBSERVATIO I. Haec planta differt a *Triglochine palustri* partibus omnibus maioribus, *Stigmatibus* sex, *Capsula* hexagona, sexloculari, basi in sex partes dehiscens; cum *illa stigmatibus* tribus, *Capsula* trigona, triloculari gaudeat.

OBSERVATIO II. Causam certe perspicere nequeo, cur b. *Linné* et omnes recentiores Botanici, *Petala* tria inferiora, Calycis loco assumant, cum haec tria ordinis inferioris, reliquis tribus ordinis superioris figura, structura et colore omni ratione conueniant; sunt enim decidua et staminifera, aeque ac tria petala superiora. Cum itaque nihil adsit, quod differentiam quandam inter has partes, inter Corollam scilicet et Calycem *Linnei* praebeat; iure haec

tria

tria calycis foliola *Linnei*, pro partibus Corollae, petalis ſcilicet, aſſumere debemus. Exemplum notabile eſt huius ſtructurae floris, et in toto regno vegetabili certe rariſſimum.

OBSERVATIO III. Antherae tres ordinis inferioris, pollen ſuum prius dimittunt, quam reliquae tres et Petala huius ordinis prius reflectuntur et decidunt cum ſuis antheris.

Habitat in maritimis copioſiſſime.

41) ALISMA NATANS foliis ouatis obtuſis, pedunculis ſolitariis. Linn. Syſt. Veget. pag. 288.

Habitat in aquis ſtagnantibus copioſe prope *Doetlingen*.

42) ALISMA RANVNCVLOIDES foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoſo-ſquarroſis. Linn. Syſt. Veget. pag. 288. Oed. Flor. Dan. 122.

Habitat cum praecedente.

43) TRIENTALIS EVROPAEA Linn. Gen. Plant. ed. Reich. n. 496. Syſt. Plant. edit. Reich. Tom. II. pag. 136. Oed. Flor. Dan. 86.

Numerus ſtaminum, laciniarum Calycis et Corollae variat ſaepe a 5-7. Numerus ſexgenarius ſaepiſſime occurrit. *Bacca* exſucca, ſuturis variis pulcherime notata, in octo partes tetraaedras plerumque decidit.

Habitat in nemoribus vliginoſis.

44) VACCINIVM VLIGINOSVM pedunculis vnifloris, foliis integerrimis, obouatis, obtuſis, laeuibus. Linn. Syſt. Veget. pag. 300. Oed. Flor. Dan. 231.

Frutex in noſtris regionibus erectus, 2 — 3 pedum plerumque altitudine obſeruatur, quod etiam obſeruauit amicus dilectiſſimus, *Ill. de Voigt*. *Folia* obouata, ſubtus venoſo-reticulata, pedunculata, decidua; *tenella* minime baſi ciliata.

Habitat in vmbroſis humidis **auf dem Ammerlande.**

45) ERICA TETRALIX antheris ariſtatis, corollis ouatis, ſtylo incluſo, foliis quaternis ciliatis, floribus capitatis. Linn. Syſt. Veget. pag. 302. Oed. Flor. Dan. 81.

β) Var. flore albo.

Calyx tetraphyllus, tomentoſus: *foliolis* concauis, ciliatis. *Corolla* perſiſtens, marceſcens, integra, ouata, ventricoſa, baſi contracta, vix quadrifida; *lacinulis* minimis, reflexis. *Stamina* corolla breuiora, perſiſtentia: *Filamenta* apice incurua, thalamo inſerta.

Antherae nigricantes, apice bifidae, baſi ariſtatae; *ariſtis* horizontalibus. *Germen* octagonum, ſericeum, retuſum, villis rectis, candidis coronatum. *Stylus* longitudine corollae, filamentis craſſior. *Stigma* ſimplex, capitatum, nigricans, nitidiſſimum, baſi villis raris obſeſſum. *Capſula* octaaedra, villoſa, calyce minor, retuſa, villis coronata.

Flores purpuraſcentes, capitati, nutantes: *pedunculis* coloratis, tomentoſis. *Bracteae* ad quemvis florem tres, quarum vnica a calyce remota, reliquae duae autem calyci adpreſſae, ſtructura

et

et figura calycis, ſed paulo anguſtiores. *Caules* ramoſi, dichotomi, lignoſi, teretes: *iuniores* villoſiſſimi; *adultiores* ab impreſſionibus foliorum amiſſorum ſcabri. *Folia* quaterna, verticillata, ariſtata, ciliata, ſubtus glabra, canaliculata: *petiolis* planiuſculis, cauli adpreſſis, baſi extus glandula purpuraſcente adſperſis.

OBSERVATIO. Ne confundantur *Bracteae* 2, calyci adpreſſae, cum foliolis calycis et Calyx hexaphyllus appareat. Differunt loco inſertionis et figura, vt accuratus obſeruator facile illas a calyce diſtinguere queat.

Habitat copioſiſſime in Ericetis humidioribus turfoſis.

46) ELATINE HYDROPIPER foliis oppoſitis Linn. Syſt. Veget. pag. 315. Oed. Flor. Dan. 156.

Petala perſiſtentia, calyce paululum maiora. *Stamina* corolla breuiora. *Germen* nitidum. *Styli* vix vlli. *Stigmata* obtuſa, perſiſtentia.

Folia oppoſita, glabra, alia oualia, alia lanceolata, petiolata, integra. *Caules* ramoſi, dichotomi, teretes, ſub aqua repentes articulati: *articulationibus* remotis, radicantibus, folioſis, floriferis. *Flores* ex alis foliorum, alterni, ſolitarii, breuiter pedunculati. *Fructus* ad latus decuruus.

OBSERVATIO I. *Flores* rariſſime reperiuntur aperti et ob exiguitatem difficillime obſeruantur.

OBSERVATIO II. Stylos nullos obseruare potui, sed stigmata solum simplicia, vti etiam obseruauit Fautor et amicus Ill. *Oederus*, qui pulchermine floris et fructificationis partes delineari curauit.

Habitat sub aquis stagnantibus puris.

47) SPERGVLA PENTANDRA foliis verticillatis, floribus pentandris. Linn. Syst. Veget. pag. 363.

Habitus *Spergulae aruensis* sed minor. *Capsula* quinquepartita, post dehiscentiam campanulato-patens. *Semina* planiuscula, nigra, membrana alba, tenuissime cincta.

Habitat in collibus aridis prope *Doetlingen*.

48) SPERGVLA SAGINOIDES foliis oppositis linearibus laeuibus, pedunculis solitariis, longissimis, caule repente. Linn. Syst. Veget. pag. 363. Oed. Flor. Dan. 12.

Calycis foliola superficie superiore, glabra, nitida; superficie altera, pilis adspersa, margine albo, membranaceo, pellucido. *Petala* candida, cum calycis foliolis alterna, calyce vix longiora. *Stamina* decem, inaequalia. *Antherae* subrotundae, sulphureae. *Germen* glabrum, lineis quinque pellucidis notatum. *Styli* quinque, hirsutissimi. *Capsula* quinquefida. *Semina* oblonga, angulosa, superne margine crenulato coronata.

Caules procumbentes diffusi, in cespitem dispositi. *Folia* opposita, ad genicula fasciculata, linearia, carnosa, aristata, pilis adspersa, basi membranacea, vaginantia. *Flores* in pedunculis

lis longiſſimis, ſolitariis, antrorſum incraſſatis, piloſis, purpuraſcentibus, durante floreſcentia deflexis, flore cernuo, fructiferis erectis.

OBSERVATIO. Planta haec exigua quoad habitum externum conuenit cum *Sagina procumbente* ita, vt facile cum illa confundatur, Floribus autem maiuſculis, albis et Capſulis quinquefidis primo intuitu facile ab illa diſtinguitur. Infloreſcentiae tempus eſt ab hora X — V. pom.

Habitat in Ericetis ſteriliſſimis copioſiſſime.

49) STRATIOTES ALOIDES foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. Linn. Syſt. Veget. pag. 421. Oed. flor. Dan. 337.

Flores in noſtra regione conſtanter *dioici*, nullum obſeruare potui hermaphroditum. Corpora illa in peripheria floris maſculi aeque ac feminei, non pro rudimentis ſtaminum, ſed potius optimo cum iure pro *Nectariis* habenda ſunt. Siehe weitläuftiger hievon, mein **Verzeichniß derjenigen Pflanzen, welche nach der Anzahl und Beſchaffenheit ihrer Geſchlechtstheile, nicht in den gehörigen Klaſſen und Ordnungen des Linneiſchen Syſtems ſtehen; die 22te Klaſſe** (Dioecia Polyandria) das Geſchlecht *Stratiotes* S. 154 — 156.

Habitat vbique in foſſis et aquis ſtagnantibus copioſiſſime.

50) RANVNCVLVS REPTANS foliis linearibus, caule repente Linn. S. V. pag. 428. Oed. Flor. Dan. 108.

Folia

Folia linearia, ſeu lineari-lanceolata, acuminata, in petiolum paululum decurrentia, integra, nuda, oppoſita. *Caulis* repens ad oppoſitiones foliorum radicans. *Pedunculi* aſſurgentes, nudi, vniflori, terminales. *Corollae* ſulphureae.

Habitat ad aquas ſtagnantes rarius.

51) RANVNCVLVS LINGVA foliis lanceolatis, caule erecto. Linn. S. V. p. 428. Syſt. Plant. edit. *Reich.* Tom. II. pag. 653.

Flores ſulphurei, ſpecioſi. *Folia* ſaepe pedalia, ſubdenticulata, acuminata. Tota planta erecta.

Habitat ad foſſas et aquas ſtagnantes, inter Arundinem vbique im Stedingerlande.

OBSERVATIO. Amicus dilectiſſ. Ill. *de Voigt* ſpeciem quondam obſeruauit flore pleno.

52) RANVNCVLVS HEDERACEVS foliis ſubrotundis trilobis, integerrimis, caule repente. Linn. S. V. p. 431. Oed. Flor. Dan. 321.

Petala quinque, calyce longiora, alba, baſi flaua et ſquama nectarifera ſupra vnguem praedita. *Filamenta* plerumque decem, breuia, craſſa. *Germina* ouata, glabra. *Styli* nulli. *Stigmata* flaueſcentia. *Semina* ſemilunaria, rugoſa, linea eminente viridi, ſemilunari notata.

Planta exigua, repens. *Caules* ad ramificationes radicantes, teretes, fiſtuloſi. *Folia* alia alterna, alia et quidem ramifera plerumque oppoſita, obſolete triloba, lobis emarginatis, macula nigricante notata, quibus facile a reliquis huius generis ſpeciebus diſtinguitur. *Petioli* craſſi, baſi mem-

membranula breui caulem amplectentes. *Flores* laterales, partim oppositifolii, partim ex alis ramorum, solitarii. *Fructus* nutans.

Habitat in aquis puris, lente fluentibus, vbi natat et ad fontes praecipue prope *Doetlingen.*

53) LAMIVM MACVLATVM foliis cordatis, acuminatis, verticillis decemfloris. Linn. Syst. Veget. pag. 446.

Corollae Tubus hirsutus. *Faux* margine vtroque dentibus duobus notata, quorum inferior breuior et latior, superior longissimus, reflexus. *Labium inferius* maculis purpureis notatum. *Antherae* flauae margine fusco. *Stigma* bipartitum, dentibus duobus inaequalibus, setaceis.

Caulis ramosus, diffusus, pilis deorsum spectantibus obsessus. *Folia* dentato serrata: *dentibus* obtusis; *serraturis* acutis, area longitudinali alba notata. *Verticilli* 4-5-6 ad 10-flori. *Inuolucrum* tetraphyllum, setaceum, calyce breuius, ad quamuis petioli auriculam vnum. *Corollae* fuscae.

OBSERVATIO. Haec planta a Botanophilis facile confundi potest cum *Lamio albo*, quia foliorum macula aestate disparet; sed facile distinguitur a *Lamio albo*, quod Corollae TVBO gaudet *glabro;* FAVCE quouis margine dente *vnico* tantum setaceo, inflexo notata; ANTHERIS *sulphureis*, margine *nigro* praeditis; *Stigmatis dentibus* aequalibus; CAVLE *inferne* tantum ramoso; FOLIIS profunde serratis; *Verticillis* 18-ad 20-floris; INVOLVCRO *dodecaphyllo;*

phyllo; foliolis ad quamuis petioli auriculam tribus, lanceolatis, breuibus.

Habitat am Elmeloher Furth, zwischen Delmenhorst und Ganderkese.

54) SCVTELLARIA MINOR foliis cordato-ouatis subintegerrimis, floribus axillaribus. Linn. Syst. Veget. pag. 457. Hudf. angl. 232.

Calyx pilosus, obtusus, bilabiatus; *labiis* integris, concauis corollae adpressis: post florescentiam ore clausus, operculatus, dorso infra medium *auricula* breui, subrotunda, integra, calycis fructus labium superius efficiente praeditus. *Corolla* hirsuta. *Tubus* subcompressus. *Faux* superne dilatata. *Labium superius* subcompressum, contractum, trifidum: *lacinula intermedia* emarginata, *lateralibus* obtusis, integris. *Labium inferius* longius, concauum, punctis purpureis intus vsque ad faucem adspersum, obsolete trilobum: *lobo intermedio* latiore, obtuso, subemarginato; *lateralibus* integris, subrotundis. *Antherae* incumbentes, superne pilosae, semibifidae, transversim quasi partitae. *Germen* flauescens. *Stigma* obtusiusculum, flauescens, decuruum.

Planta exigua, digiti medii longitudinem raro superans, hirsuta, ramosa. *Caulis* quadrangulus, quadrisulcatus, articulatus, erectus. *Folia* opposita, breuiter petiolata, pilosa: *inferiora* cordato-ouata, subtriangula, serraturis rarioribus obtusis ad basin praecipue notata; *media* cordato-lanceolata, obtusa; *superiora* ouali-lanceolata. *Rami* ex alis foliorum oppositi, rariores. *Flores* axillares,

lares, secundi, rubicundi. *Pedunculi* oppositi, solitarii, tenues, ad latus recurui, petiolis paululum longiores.

OBSERVATIO I. Labium superius Calycis floriferi, post florescentiam Labio inferiori adprimitur et Operculum calycis fructiferi efficit, ita, vt haec duo labia coniuncta, semine autem maturo iterum dehiscentia, labium inferius calycis fructiferi efficiant. Auricula autem in dorso calycis floriferi, post florescentiam in labium superius calycis fructiferi transit, ita, vt calyx fructifer bilabiatus, ore operculatus, euadat.

OBSERVATIO II. Equidem certe affinitatem huius plantae cum *Scutellaria galericulata* et *hastifolia* obseruare non potui. Character quidem genericus, a Calyce post florescentiam operculato desumptus, euidentissimus, vt primo intuitu species huius generis ab aliis plantis facillime distinguere possit obseruator. Quod autem ad species attinet, haec planta certe quoad habitum, structuram, figuram et colorem, diuersissima est a congeneribus.

Habitat rarissima certe haec Germaniae planta, in locis humidis muscosis bey Rhade im Kirchspiel Doetlingen.

55) *Antirrhinum Linaria* PELORIA Amoen. acad. 1. pag. 55. t. 3. nihil aliud est, nisi monstrosa proles *Ant. Linariae*, neque constans. In nostris enim regionibus copiosissime obseruantur Flores 2 - corniculati, 3 - corniculati, 4 - corniculati et copiosius 5 - corniculati cum floribus ringen-

ringentibus in eadem planta. Si itaque constans esset corolla quinquecorniculata, regularis, pentandra, et nulli flores ringentes huic plantae in statu naturali communes, cum monstrosis in eadem planta obseruarentur, certe haec proles *Linariae* proprium genus absolute constitueret et distinctissimum, nisi fructus semper abortiret. Tandem aliquando Corolla haec monstrosa redit in corollam naturalem ringentem. Et in aliis *Antirrhini* speciebus tales monstrosas proles obseruarunt autores.

56) LIMOSELLA AQVATICA foliis lanceolatis. Linn. Syst. Veget. pag. 479. Oed. Flor. Dan. 69.

Calyx subaequalis; *laciniis* concauis. *Corollae laciniae* subacutae. *Antherae* subrotundae, fuscae. *Capsula* glabra.

Flores rubicundi, solitarii. *Pedunculi* teretes, glabri, deflexi, foliis duplo vel triplo breuiores. *Calyx fructus* inaequalis, laciniis duabus reliquis minoribus. *Folia* lanceolata, obtusa, alia oualia longissime petiolata, carnosa, glabra, integra, in cespitem disposita. *Planta* ad radicem stolones emittit.

OBSERVATIO. Haec planta, nisi gauderet staminibus per paria approximatis, ob corollam regularem (non ringentem) ad Class. IV *Tetrandriam* referri posset; at numerus partium Corollae et Calycis quinarius in Classe IV. non obseruatur.

Habitat

Habitat auf dem Ammerlande und an den sandigten Ufern der Hunte bey Doetlingen.

57) COCHLEARIA DANICA foliis hastato-angulatis: omnibus deltoidibus. Linn. Syst. Plant. ed. Reich. Tom. III. pag. 227. Oed. Flor. Dan. 100.

Habitat in maritimis prope *Ekwarden* vbi primo obseruauit amicus cariss. *Trentepohl.*

58) COCHLEARIA ANGLICA foliis omnibus ouato-lanceolatis. Linn. Syst. Plant. l. c. Oed. Flor. Dan. 329.

Habitat cum praecedente.

